Animę item duplex motus. qui alia mouet ipse a nullo mouetur. sed ppo genuinoq; motu. Alius qui alia mouens ab alio mouet̄ qd ē patibilis habitus animę. & egritudine oppressus. Recte ḡ faciet amator sapientię. sicū de his rebus tractandū erit naturalē ordinē seruet. ac principe loco de anima disserat. post demū de corpore. Deinde cū de anima tractabit. de illa prius disserat. quę tā semetipsā mouet. quā cętera. in qua ē uis deliberandi & intellegendi. tunc cōseqnt̄ illā quoq; ptractabit

» quę ab illa re potiore mota. q̄dā mouet. Id porro mot̄ genus
» siquidem pareat intellectui. erit aliquatenus ordinatū. Sin min'
» temere inqt. & utlibet se exerens. confusa. & inordinata quę agit
» relinquit. & addit. nob qq; igit̄ in eundē modū faciundū.
» ac prius de ea loquendū natura q̄ suo motu mouetur.



malorū. non siluā sed carentiā. hęc ē enī informitas. et nullus cultus.
& turpitudo siluę. ꝓpterq; etiā maleficentiā; et ideo siluā definit.
seu potius appellat corpus incorporeum. ut possibilitate quidem
sit corpus. effectu uō atq; operatione nullū corpus; Hęc aristotel
de silua sententia. nisi quod addit platonē tria illa noīb; tantū
attigisse. effectu autē duo posuisse initia. corporeę rei speciem.
& minimum grande. q sit silua. Non g° tria sed duo hęc rerū initia
inquit. species. et silua. quā ait ex natura nullā habere substantiā.
Aut si inquit grande hoc minimū carentiā fore intellegendū ē.
rursū silua pretereunda erit. et duo uidebuntur initia rerū.
species. atq; carentia. Stoici quoq; retexunt ortū siluę. quin potius
ipsam. & demū duo totius rei sumunt initia. Dm̄ ut opificē.
siluā. ut quę operationi subiciatur. una quidē essentia pditos
facientē. & quod fit ac patitur corpus ēē. diuersa uō uirtute. quia
faciat. deum. quia fiat. siluā fore. Quorū abre non erit opini
onem diligentius explicari. Aiunt enī ut ænea quoq; ex ære
sint. argenteaq; ex argento. sic corporeas materias ex silua fore.
cum hisdē. ut ęre. & argento. & iā similib; ceteris. ēē enī quasdā
magis alias minus siluestres materias. aliasq; aliis corpulenti
ores. quarū tm̄ exordiū fore unā quandā antiquiorē communē
omnium siluam. Atq; ut statua. quę cum sit formatū corpus.
habet tam̄ subiectā sibi æris antiquiorē substantiam. sic ēē in
formē corpus. compositam qualitatis habere dicunt subiectam
pretereuntē substantiā. tamq; ēē corpus coherens sine qualitate.
patibile totū & cōmutabile. quod siluā simul essentiā appellant.
hactenus definientes. Essentia et silua ē. q subiacet corpori

Zen & crisippus eentiā siluāq; discernunt

sensibiliū cōmutationes. ipso statu pprio manente. l'tē subdit q corporibus qualitates habentibus. ipsū ex natura ppria sine qualitate. Plerique tamen siluam separant ab eentia. ut Zeno et crisippus. siluā quippe dnt eē id q ē subhis omnib; que hnt qualitates; eentiā uō primā rerū omniū siluā. t antiquissimū fundamentum earū suapte natura sine uultu. et informē. ut puta aes. aurū. ferrum. & cętera huius modi. silua ē eorū quę ex his fabrefiant. non tamen eentia. At ū q tam his quā cęteris ut sint causa ē. ipsum eē substantiā. Plerique & iam facto (l. hoc) siluā & substantiam separant. quod asseuérant essentiā quidem operis eē fundamentū. ut mundi fore dicatur merito dicatur. atq; existimetur eentia. siluā contemplationis opificis dictā. q eā (formet) fingat.
Deinde Zeno hanc ipsā eentiā finitā eē dicit. unamq; eā cōmunē omnium q sunt eē substantiā. diuiduā quoq; & usq; quaq; mutabilē. partes quippe eius uerti. s non interire ita. ut de existentibus consumantur in nihilū. sed ut cū innumerabiliū. diūsarū & iam cerearum figurarū. sic neq; formā. neq; figurā. nec ullā omnino qualitatem ppriam fore censet. fundamentū rerū omnium siluā. coniunctā tam eē semp. & inseparabilit coherere alicui qualitati. cumq; tam sine ortu sit quā sine interitu. qi a neq; de non existente subsistit. nec consumetur in nihilū. non deē ei spm acu gorē ex ęternitate. qui moueat rationabilit totā interdū. non numquā pportione. quę tam crebrę sit causę. tamq; uehementis uniuersę rei ɔuersionis; spm porro motiuū illū fore non naturā. sed animā. et quidē rationabilē. q uiuificans sensilē mundū. exornauerit eū ad hanc quā nc illustrat uenustate. quē quidē

determinatum ē. & unum totum. et ēentia. Totū quia nichil ei
partiū dēē. unum autē quia inseparabiles partes sunt eius.
& inuicē sibi coherent. ēentia uero quia princeps silua ē omnium
corporū. ꝑ quā ire dicunt rationē solidā. atq; in uniūsam. per
inde. ut semē ꝑ membra genitalia. Quā quidē rationē ipsum
fore opificē uolunt. Coherens uero corpus. & sine qualitate. pati
bilem totū. & commutabile. siluā siue essentiā que uertatur qdē.
nec intereat tamē. neq; tota partiū excidio; Ideo. quia philosophoꝝ
omnium commune dogma ē. neq; quid fieri ex nichilo nec in ni
chilū interire. Licet enī cuncta corpora casu aliquo diffluant.
silua tamē ē semper. & opifex dś. ratio scilicet in qua sit fixū.
quo quid q; tempr̄. tam nascatur quam occidat. ꝑptereaq; de
existentibus genituram fieri. et in existens desinere. q. finiaī.
immortalib; ꝑseuerantibus. a quo fit. et item ex quo fit. quod
gignitur. Reprehendunt & iam quod cum sint in eminenti
prestantissimaq;. & uetere existente alia substantia rerum om
nium exempla mundū sensilē iuxta immortale exemplū a dō
factum ēē dicat plato. non enī opus ullo exemplo fuisse. quando
seminum ratio incurrens aliquā ꝯcipientē. ꝯprehendentēq;
naturā: totum mundū. queq; in eo sunt euexa sit. Hec stoici
de silua deq; initiis rerū parti a platone usurpantes. partim
cōmentis sic. ut facile sit intelligere nullā eos nesuspicari qdē
potuisse diuinā uirtutē substantiāq; carentē corpore. cunctis
corporib; ł etiā seminib; efficatiorē. ꝑpt eaq; factū ut opiniones
incurrerent impias. deum scilicet hoc ēē. q. silua sit. ł & iam
qualitatē inseparabilē deū silue. eundēq; ꝑ siluā meare. uelut
semē ꝑ membra genitalia. & omnium q̄ nascuntur tā originē

Hic gentilitas errat insana. ut postea explicabitur ad hanc notā ÷⊖

Omnium g commune hu iusmodi uanitas
S. f ffxf gf fki
cū parentesi di uersa currentes.

In quo reprehendant platonē [illegible]

quam &iam causā fore non malorū modo. sed turpitudinis
quoq; & obscenitatis. omniaq; agere & pati uel pudenda? Cuius opi
nionis deformitas euidentius detegatur exposita platonis sen

Pitagoreum dogma

tentia. Nunc iā pitagoricū dogma recenseatur. Numenius ex
pitagorę magisterio stoicorū hoc de initiis dogma refellens
ex pitagorę dogmate. Cui concinere dicit dogma platonicū. ait
pitagoran. dm̄ quidē singularitatis nominasse. siluā uō dui
tatis. Quā duitatē (infinitā) indeterminatā quidē. minime genitā. limi
tatā uō generatā ēē. dicere. hoc ē. antequā exornaretur quidē
formāq; & ordinē nancisceretur. sine ortu. et generatione.
exornatā uō atq; illustratā. (s. hoc) a digestore dō ēē generatā. Atq; ita
quia generationis sit fortuna posterior. inornatū illud minime
generatū. aequeuū dō a quo ē ordinatū intellegi debeat.
sed nonnullos pitagoreos uim sententię non recte assecutos putasse.
dici &iam illā indeterminatā et inmensā duitatē ab unica sin
gularitate institutā. recedente a natura sua singularitate. & in
duitatis habitū migrante. non recte. ut q̄ erat singularitas ēē
desineret. quę non erat duitas subsisteret. atq; ex dō. silua et ex
singularitate. inmensa & indetēminata duitas conuerteretur.

Idē cū caret termino. caret ortu. ubi uero forma superueniente limitatur. ibi &iā gignitur.

Quę opinio ne mediocriū quidē institutis hoīb; cōpetit. Deniq;
stoicos definitā et limitatā siluā ēē natura ppria. pitagoran uō
infinitā & sine limite dicere. Cumq; illi q̄ natura sit inmēsū
non posse ad ordinē atq; modū redigi censeant. pitagoran
solius hanc dei fore uirtutē ac potentiā asserere. ut q̄ natura
efficere nequeat. ds̄ facile possit. ut q̄ sit om̄i uirtute potentior
atq; pstantior. & a quo natura ipsū uires mutuetur. Igitur pita
goras q̄q; inq̄t fluidā et sine q̄litate siluā ēē censet. nec tam̄

De stoicorū sententia diuersa. & pitagore.

ut stoici nature medie interq; bonorū maloꝝq; uicinā. Quod
gen᷒ illi appellant indifferens. sed plane noxiū. Dm̄ qppe ēē. ut
&iā platoni uidetur initiū et causā bonorū. siluā malorū.
At uō q̄ ex specie & silua q̄sit indifferens; non ergo siluā sed mundū
ex speciei bonitate silueq; malicia temperatū. Denīq; ex pro
uidentia et necessitate ꝓgenitū ueterū theologorū scitis
haberi; siluā igitur informē. et carentē qualitate. tā stoici
quā pitagoras ꝯsentiunt. Sed pitagoras malignā quoq;. stoici
nec bonā nec malā. Dehinc tamquā in ꝓgressu uię malis aliq;
obuiās progati. Unde igit̄ malā ꝑuersitatē seminariū malorū
causati sunt. nec expediunt adhuc. unde ipsa ꝑuersitas. cū
iuxta ipsos duo sint initia rerū. ds̄. et silua; ds̄. sūmū et ꝓcellens
bonū; silua. ut censent nec bonū nec malū. Sed pitagoras assis
tere ueritati inuis licet & ꝯt͞ opinionē hominū operantib; asse
uerationib;. non ueret᷑. qui ait. existente ꝓuidentia. mala qq;
necessario subsistere. ꝓpterea q̄ silua sit. et eadem malicia ꝑdita.
Quod si mundus ex silua. certe factus ÷ de existente olī natura ma
ligna. ꝓpterea q; numeniū laudat heraclitū rephendentē homerū.
qui optauerat interitū ac uastitatē malis uitę. q̄ n̄ intellegeret
mundū deleri sibi placere. siquidē silua q̄ malorū fons ē exter
minaretur; platonēq; idē numeniū laudat q̄ duas mundi animas
autumet. unā beneficientissimā. malignā alterā. scilicet siluā.
quę licet inconditæ fluctuet. tamen quia intimo ꝓprioq; motu
mouet᷑. uiuat. & anima ꝯiugetur necesse ÷ lege eorū omīū
quę genuino motu mouentur. Quę quidē &iā patibilis animę
partis. in qua ÷ aliquid corpulentū mortaleq;. & corporis simil
auctrix ÷ et patrona. sicut rationabilis animę pars auctore utitur

(margin notes:)
legibus
ꝓbationib;
heraclitū rep̄hen
dentē homerū q̄d
optauerit malis
uitę .i. siluę unde
mundi uniūsitas
opifice dō subsistit.
interitū ac uastitatē

N platonē testari. liberalitate di patris bona inuehi mundo. mala autē matris silue uicio huic adherere.

ratione ac dō. Porro ex dō et silua factus iste mundus. Igitur
iuxta platonē mundo bona sua. dei tamquā patris liberalitate
collata sunt. mala uō matris silue uitio coheserunt. Qua rati
one intellegi datur stoicos frustra causari. nescio quā p̄uitatē.
cū que p̄ueniunt. ex motu stellarū p̄uenire dicantur. stelle porro
corpora sunt. ignesq; celestes. Omnium d. silua nutrix. ut etiā que
sidereus motus minus utilit̄ et inp̄spere turbat. originē tra
here uideant̄ ex silua. in qua ē multa intemperies. & inp̄bidus
impetus et casus. atq; utlibet exagitata p̄sumptio. Itaq; ds eā
correx. ut in timeo loquit̄ plato. redegitq; in ordinē ex inordita
et turbulenta iactatione. certe ꝯfusa. hec intemperies eius. casu
quodā & inp̄spera sorte habebatur. nec ex p̄uidentie ꝯsultis sa
lubribus. Ergo iuxta pitagoran silua anime. neq; sine ulla ē
substantia. ut pleriq; arbitrantur. & adūsatur prouidentie con
sulta eius inpugnare gestiens. malitie sue uiribus. Sed p̄uiden
tia quidē ē di opus. & offitiū. ceca uō. fortuitaq; temeritas ex p̄
sapia silue. ut sit euidens iuxta pitagoran. di silueq;. Item p̄
uidentie fortuneq; coetu cuncte rei molē eē ꝯstructam. Sed
postquā silue ornatus accesserit. ipsam quidē matrē eē factā
corporeoꝝ. & natiuorū deoꝝ. fortunā uō eius p̄sperā eē ex ma
gna parte. non tamē usq;quaq;. quō naturale uitiū [purgari] limari om
nino nequiret. Ds itaq; siluā magnifica uirtute comebat. uitiaq;
eius omnifariā corrigebat. n̄ interficiens. ne natura siluestris
fundit̄ interiret. nec uō p̄mittens porrigi dilatariq; passī. sed ut
manente natura. q̄ ex incōmodo habitu ad p̄speritatē deuocari.
cōmutariq; possit. ordinē inordinate confusioni. modū in
moderationi. & cultū feditati coniungens. totū statū ei illustrando

h.
quippe corporum

atq; exornando ɔuertit. Denique negat inueniri numenius atq; recte. · Nimirum generatorum fortunam nonusquam auiens fore inmune. non in mortibus. & ceteris usu & experientiae mortalium concessis.
negat inmunē a uitiis usq; quaq; generatorū fortunā. non in artibus
hominū. non in natura. non in corporib; animaliū. nec uero in arbo
ribus aut stirpibus non in frugib;. non in aeris serie nec in aquę
tractu. ne ipso quidē cęlo. ubiq; miscente se puidentia deterioris
naturę. quasi quodā piaculo. Idemq; nudā siluę imaginē demon · Numeniū siluę umbrā studio suo detegentē. qui redactis omib; q̄ ex silua ɔfiunt. in quā ante fuerant. id tm̄ euacuatū animo ɔsideratū. iubet siluā uocari
strare. et uelut in lucē destituere studens. detractis omib; singu
latim corporibus. quę gremio ei᷒ formas inuicē mutuant. & in
uicē mutant. ipsū illud q̄ ex egestione uacuatū ē animo ɔsiderari
iubet. eamq; siluā et necessitatē cognominat. ex qua dō mundi
machinā constitisse. dō psuadente. necessitate obsecundante.
Hęc ÷ pitagorę de originib; asseueratio. sup̄ ÷ ipsa nobis adtractan · Sententia platonis hinc de silua. de qua diuse platonicorum opiniones.
dū platonis de silua sententia. quā diuse int̄pretati uidentur
auditores platonis. quippe alii generatā (siluā) dici abeo dici putauerūt.
uerba quędā potius quā rem secuti. alii uero. sine generatione
sz animę preditā. quando ante illustrationē quoq; motu instabili
atq; inordinato dixerit eam fluctuasse. cū motus intimus ge
nuinusq; sit uiuentiū pprius. quoq; idem sępe alias duas ēē mun
di animas dixerit. unā malignā ex silua. alterā beneficā ex dō.
Existentibus itaq; bonis ac malis. bona quidē ex anima benefica
mundo tributa. incōmoda porro ex siluestri maligna. cū di
uina sapientia intelligentiaq; opificis dī siluę seuere. atq; effi
caciter psuaderet prebere cultū. atq; exornationi suę patientiā.
Persuasio uō. non nisi animantibus uitaq; fruentib; adhibeat. · Quomodo psuasio animalib; tantum modo adhibeatur.
quib; hebrei ɔcinunt. cum dicunt hoī quidē a dō datā esse
animā. ex inspiratione cęlesti. quā rationē & animā rationabilē
appellant. mutis uō et agrestibus ex silua (rationis) rationis expertē. dī.

Quod serpens malis suasionibus prosterneret protoplastum adam.

i. de examine

Nota quam expositor ipse habeat de sententia platonis opinionem.

Probatio

Sillogismus — Resolutio

Nota rem logice discipline satis utilem.

iussu uiuis · & animantibus bestiis · terre gremio profusis · Quorum in numero fuerit etiam ille serpens · qui primitias generis humani malis suasionibus illaqueauerit · Nec desunt · qui putent inordinatum illum & tumultuarium motum platonem non in silua sed in materiis & corporibus iam notasse · que initia mundi atque alimenta censentur · Quippe · sicut informis & inordinata · nimirum etiam inmobilis natura sua · Nec inmobilis modo · uerum etiam incommutabilis · Quippe commutationes non silue accidere · sed corporibus in quibus sint qualitates · eodemque pacto etiam exanimis · quandoque inmobilis · Malitiam porro aiunt uirtutis esse carentiam · ut informitatem · inopiam · intemperantiam · propterque uirtuti addita orationis parte negatiua · contra quam uirtutes cognominatas fore · inprudentiam · iniusticiam · imperitiam · Hec atque huiusmodi est dissensio · platonicorum philosophorum · Nos tamen quam ex his putamus potiorem & aduersitatis examine propensiorem · maximeque tanti auctoris prudentia dignam exequemur · Est igitur propositarum questionum duplex probatio · Altera que ex antiquioribus posteriora confirmat · quod proprium est sillogismi · Precedit quippe ordine acceptionis · que elementa uocantur · conclusionem · Altera item que a posterioribus ad precedentium imaginem gradatim peruenit · Quod genus probationis resolutio dicitur ·

Nos ergo quia de initiis sermo est quibus antiquius nichil est · utemur probationis remediis · ex resolutione manantibus · Certum est siquidem apud omnes uel philosophantes uel qui se non dederint huic studio · esse non eadem esse in nobis sensus esse etiam intellectum · & hec esse non eadem sibi · Ergo etiam [constat] effectus tam sensuum quam intelligentie · siquidem ipsa genera diuersa sint · esse diuersos ·

Quę cum ita sint· necesse ē illa etiā ee· quorum tam sint intellectus quam etiam sensus. Sunt igitur tā sensilia quā intelligibilia· & intelligibilia sunt quidē· q intellectu cōprehendunt̄ rationabili indagine· Sensilia ū· q irrationabili opinione psumunt̄. incertu quodā opinionis euentu· Illa quidē (intelligibilia) ex eternitate· nec ullū habentia initiū· hęc (sensilia) temporaria· et ex aliquo temporis initio· a regione nrā primaria ad naturā uersus uero scdā· Rursum intelligibilia· e regione quidē naturę priora· iuxta nos uō secunda sunt· Quotiens quippe igitur in disputatione sic exordietur· ut ab his quę prima sunt ad nos usū ascendant ad ea q sunt a nobis secunda· resoluere dr̄ qstionē· Siquidem ab his orsus quę uere non sunt· sed imagines potius st̄ uere existentium rerū· puenit ad ea q uere existentiū initia causęq: sunt· Sunt igit̄ uicina nobis omīa q sentiunt̄· ignis· aer· aqua· terra· aliquanto tm̄ ppiora quę ex his concreta st̄· Rursū magis nrā corpora nobis applicita· Est igitur in corporibus nrīs quiddā contiguū· est etiam solidū· ē uisibile· ē calor· Et contiguum quidem ac solidū· nichil erit sine terra· Rursū uisibile & calidū· sine igne ee non poterit· Estq: in nobis terrenū quiddā & igneum· ē etiam spirabile· Siquidē sps inuenis· quę arterię dnr̄· conditur· et inuenitur· Est humectū quoq:· quod humectū sine aqua demū ee non potest· nec uero sp̄c sine aere· Quod si hęc omīa partes st̄ ut diximus corporis· necesse ē etiam illa fore· quorū hęc partes st̄· ut diximus· id ē solidū uniuscuiusq: corporis· Est igitur in solido atq: uniuerso corpore tā ignis quā terra· & cetere materię· Deinde harū ipsarū congrua & moderata concretio· q constat ex formis et qualitatibus· Ignis

N· [illegible] necessariam [illegible] intelligibilibus [illegible] sensilibus quomodo sunt sensilia iuxta nos prima· ad naturam uersus secunda· & e contrario·

quidem · splendor · leuitas · calor · et figura. Terrę uero · siccitas · grauitas · figura. Similiter etiam earum materiarum · quę inter ignem terramque insertę sunt · aliquę naturales sint proprietates oportet. Si ergo has qualitates et quantitates etiam formas figurasue uolemus ratione animi separare · tum demum deliberare quid sit quod hęc omnia inseparabiliter adhęrens complexumque contineat · inueniemus nihil aliud esse quam id quod quęrimus siluam. Inuenta igitur origo est siluestris. et hoc quidem est unum duarum probationum genus · quod resolutio dicitur. Nunc illud aliud consideremus · quod compositio cognominatur. sequitur quippe resolutionem et discretionem concretio. Quę igitur modo separare animo uidebamur a silua · rursus et presentemus · ac uelut in suum locum reponamus · hoc est genera · qualitates · figuras · nec inordinate hęc ipsa et utcumque · sed cum cultu et ordine. Ordo autem sine armonia esse non potest. hęc armonia demum analogię comes est. Analogia autem cum ratione · demum · ratio indiuidua comes prudentię repperitur. Hęc uero prudentia · sine intellectu · intellectusque sine mente non est. Mens ergo dei modulauit · ordinauit · excoluit · omnem continentiam corporis. Inuenta ergo est demum opificis origo diuina. Operatur ergo opifex et exornat omnia iuxta uim rationabilem maiestatemque operum suorum. Opera uero eius · intellectus eius sunt · qui a grecis idee uocantur. Porro idee sunt naturalium exempla rerum. Quo pacto

Nota quod ideę naturalium sint rerum exempla

inuenitur tertia exemplaris origo rerum. Igitur siluam quidem .i. iuxta legem rationemque dissolutionis inuenimus. Iuxta compositionis .ii. uero precepta · ipsum opificem deum ex operibus. Porro opificis dei .iii. exemplum. Et quoniam singula hęc initia sunt · rursus erit ex integro de initiis disserendum. Est igitur initium limes · post quem sunt cuncta quę ex eodem sunt limite. Et quia omne initium · ut potest origo rerum.

Rursus de orig. initiis.

praecedit ortum. necesse est eam simplicem fore sine qualitate perpetuam. si
simplex non erit. perinde atque ea quae sunt ex eiusdem substantia. nec inter
erit quicquam inter ipsum initium et cetera. Etiam si antiquitas in tem
pore constituatur. quando etiam illa ex aliquo tempore sint. quae post initium sunt.
et nullam esse differentiam non habet. Simplex ergo est rerum origo. nec habet qualitatem;
nam si deberetur ei qualitas. erit opinor compositum quiddam ex materia et accidenti.
omnia quippe huius generis sunt quae habent qualitatem; Igitur sine qualitate aeternum quoque
initium esse sic probatur; Nam si non aeternum. ex aliquo tempore sit necesse est; Si hoc
ita erit. causa quoque cur sit praecedat ortum eius necesse est. Ita erit initii aliud
antiquius. sed hoc absurdum est initium initii suspicari; Aeterna ergo
origo rerum. eademque immortalis. Nam si occidua. deerit cor[illegible]
interitus. Neque enim in simplex aliquid neque in compositum dissolvetur.
In simplex ideo quia sola initia simplicia. Ergo in se dissolvetur. [illegible]
abitur potius quam interibit; Nec in compositum quidem. continebitur enim [illegible]
compositis enim. nec dissolvetur; quippe omne compositum ex simplicium naturarum
conexione subsistit. Nec vero in nihilum dissolvi potest. nec enim quicquam [illegible]
esse quod nihil est. certe ut ait plato initio impedito. nec ipsum ex [illegible]
nec ex eodem quicquam recreabitur. Quo pacto immortale rerum [illegible] rep
peritur; Quia ergo quid et cuiusmodi sit initium demonstravimus. consequens erit
iam nunc considerare. utrum hoc ignis sit. an terra. an cetera quae dicuntur elementa;
Arbitror quippe non recte horum quid initium putari; Haec enim minime simplicia
sed ex diversis materiis naturisque concreta sunt corpora. Initium porro
simplicem esse naturam in superioribus constitit. His ita digestis. demonstrandum est
duo esse initia rerum. et haec contraria invicem sibi. Sic quippe non solus plato.
sed antiquiores quoque omnes consentiunt. cum partim calorem et frigus initia constituunt.
partim humorem et siccitatem; Alii quidem consensum et dissensionem. vel unum et item
multa. parque et impar. idem singularitatis duitatisque naturam. ut pitagore

Sola initia simplicia
f. dissolvetur
Hec querit quo pacto t... quid rerum initium sit utrum ignis et cetera.
Duo initia sibi contraria fuisse philosophos opinantes insinuat.

Materia non est nisi est ex deo. Constat ergo alterum ex altero initium. ut unum uero sit principium rerum omnium sempiternum.

placebat. quorum omnium sententiae de contrarietate initiorum concinunt. Sed utrum ea aeterna an temporaria sint. et an incorporeae molis dissentiunt. quorum alterum est faciens. alterum patiens. oportet porro initia nec ex aliis rebus originem trahere. nec ex se inuicem constare. quin potius omnia ex iisdem substantiam mutuari. Quod igitur faciens diximus deus est. quod uero ut patiens silua corporea. Sed quia id quod facit aliquid ad exemplum aliquod respiciens operatur. tertia quoque originis intellecta est necessitas. Sunt ergo initia deus et silua. et exemplum. Et est deus quidem origo primaria moliens et posita in actu. Silua uero ex qua prima fit quod gignitur.

1249 74

Nunc iam de silua tractabitur. quam originem fore rerum consentiunt pytagoras platonici stoici; nomen uero ei dederunt auditores platonis. ipse enim nusquam nomen ascripsit. sed aliis multis ad declarationem naturae eius conuenientibus nominibus usus est. cum animis nostris intimare uellet intellectum eius. uel ex natura propria rei uel passionibus commonitionibusque animorum nostrorum. ex natura propria. primo materiam nuncupans. et item simile quiddam mollis cedentisque in quam imprimuntur singula. et rerum receptaculum. et interdum matrem et nutriculam generis totius. Ex passione uero audientium. cum dicit adulterina quadam intellectu recordandum. et eam quam sine tangentium sensu. Omnibus tamen supra memoratis commune placet siluam esse mutabilem totam. et conuersibilem. sed conuersionem mutationemque eius diuerse interpretantur.

Item quod dicit omnibus placere commutabilem esse siluam.

Namque alii putant ex sua propria ratione conuerti. et sumere qualitates. cum ex conuersione accidat pati uariam qualitatem. quam quidem qualitatem in nihilo minus esse siluam in alio atque alio habitu. Nobis nequaquam placet eandem esse siluam. et qualitatem. quippe quarum altera sit quasi quaedam subiecta materia. altera accidens quid. eidem materiae.

Quare silua patibilis dicitur.

Quae causa est cur silua patibilis probetur. quippe quae suscipiat diuersas qualitates ex immutatione. Fit porro conuersio iuxta siluam. non ipsa silua perpetiente mutationem. sed earum quae sunt in eadem. et continentur ab ea qualitate. Quippe si ipsa mutabitur in aliud quiddam generatum. necesse est

ut desinat ee silua. q̄ ratione certe caret. Naq; cera. q̄ transfigurata in mul
tas diuersasq; formas n̄ ipsa uertit̄ s; figura. ipsa in pp̄ria natura pseuerante
tu figure n̄ sint. q̄ cera ē. Sic opinor siluā q̄q; formis figurisq; uariatā.
cū de sua ɔditione minime recedat. recte patibilē dicit. Etiā hoc cō
munit̄ ab omib; pnuntiat̄. siluā sine q̄litate ee ac sine figura et specie. — N. quod silua sit sine qualitate ee ac figura
n̄ quo sine his unquā ee possit. s; q; hec ex pp̄a natā non habeat. nec possit
potius quā comittet̄ species et qualitates. Denq; si mentis ɔsideratione
uolum⁹ ei hec adimere. sine qb; non ē. possum⁹ ei n̄ effectu. s; possibi
litate horū omniū possessionē dare. Possibilitas aut̄. generatione intelligit̄.
una. cū dicim⁹ in semine omem totius corporis pfecti rationē intus
latere. semq; possibilitate animal ee. Altera q̄ rationē quidē in se
future generationis n̄du͂ ht̄. s; q̄ tale ē natura. ut extrinsec⁹ accipere
possit rationes formarū et qualitatū. Possibilitate dicim⁹ fore. q̄ n̄du͂ ē. — De duplici possibilitatis significatione.
ut eris. cereue. massa informis (s. generatio). antequā ex arte recipiat formas.
Quare si intra siluā ratione formarū et qualitatū latet. ut stoicis uidet̄.
abundat opificis moderatio. Sed opinor silue opificē necessarium.
sicut ipsi etiā stoici sanciunt. Opifex g̃ silue. ut aeris informitati. cereue.
formas insigniet. atq; ita stabit ob nefariā dogmatis rationē. nihilo
min⁹ de q̄ntitate etiā silue ɔsentiunt ppetuā fore censentes. q̄ndo sit arx — An aeterna materia an limitata
& origo rerū. sed utrū limitata id ē determinata. nequaquā ɔsentiunt.
q̄ndo determinatā q̄q; magnitudinē habeat necesse ē. Magnitudo ē
aut̄ linee. t superficiei. t corporis. que cuncta ppꝛias figuras hn̄t.
siue plana sint. siue solida. Figura porro. species ē qualitatis. Quare.
si ē limitata silua. qualitate p̄ cedita. & figure cōposerit p semetipsā.
Que informis et q̄litate carens euident̄ ostensa ē. Ergo. infinita quoq; — Hec pprie dr̄ indefinita
& minime terminata. Infinita porro. ut non q̄ inmense lateq;
& insuperabilit̄ porrecta sunt. sed ut q̄ possunt aliq̄ limite circuiri.

nec tamen adhuc mentis consideratione uallata. Atque ut sine qualitate sine
figura quoque dicitur. sic etiam infinita uelut nondum ante exornationem. Dum usque
adhuc silua est. sine circumdatam. eandemque. quae nec incrementum nec iminutionem
pati dicitur. Merito. fieret enim ut ex nichilo subsistat aliquid. et dissoluatur in
nihilum. Quod fieri non potest. Quippe quae augetur accessu magnitudinis cresc[it].
& praeter ipsam siluam nihil esse arbitror ex quo fiat accessio. Item quod id quod ex silua
defluit manente silua minuatur. Sunt qui censent eam fundi. et item contrahi. sed
neque funditur quod sine humore. nec contrahitur sine replicatione. Utrumque
autem hoc non caret qualitate. et silua caret qualitate. Neque igitur ut fusilis mate
ria porrigitur. nec contrahitur ut replicabilis. Sunt item qui putent infinitae
N. omne quod secatur simplex non est. — sectionis patibilem siluam. si omne quod secatur compositum. minimeque simplex erit.
& in aliquo spatio quod est corporis. Quantitatis ergo. sed ut silua minime seca
bitur. caret enim quantitate. proinde ut qualitate. quamuis qualitate quantita
teque comitetur? Sed qui quae corpora qualitatibus et quantitatibus praedita quae habeant continentes
secari quaerunt. ipsam quoque unam cum hisdem secari fingant. non erit omnino aborrens (deuitanda)
a ratione uel inconueniens praesumptio. Recta est igitur nostra opinio. neque ignem.
Explicatio quid sit silua — neque terram. nec aquam. nec spiritum esse siluam. sed materiam principalem. & corporis
primam subiectam. in qua non qualitas. non forma. non quantitas. non figura sit.
ex natura propria. sed uirtute opificis haec ei cuncta conexa sint. ut ex his
Communio enim in multitudine in qua uarietas. — uniuersa corpori. & singulatim perfectio. & communiter uarietas compararetur.
Quod uero sit uniuersi corporis fomes. & prima subiectio facile probatur.
ex elementorum in se conuersione mutua. et ex qualitatum mutatione instanti.
De qualitatibus propriis cuiusque elementi. — Etenim terra qualitates duas habet proprias. frigus et siccitatem. Perinde trac
tamus ad presens. quasi terra ex aliqua parte in aliud aliquod conuertatur
elementum. Similiter aqua in duabus qualitatibus inuenitur. humoris uidelicet
et frigoris. Est ergo propria qualitas terrae siccitas. aquae uero humor. communis
uero utriusque natura frigoris. Cum igitur terra late fusa conuertetur aliquatenus.

in aquā · tē siccitas qdē mutata erit in humorē · frigus uº q̄ cōmune ÷ pse
ueret in statu p̄p̄o · q̄ neq; & iā tunc in t̄ra · t̄e in aqua · In terra qdē ppt̄ ea
quia q̄ ɔuͤsū ē desinet ēē in t̄ra · Nec uō in aqua · dū enī mutatur adhuc
& conuertit̄ · neq; plene mutatū · neq; pfecte ɔuͤsū ē · ut iā in aque ma
teriā migrarit · Sup̄ ÷ igitur · ut sit uspiā frig̃ · Nec enī potest ēē sine eo
in quo ÷ · Hoc porro nihil ēē aliud quā siluā ratio testatur · Rursū dm̄s
aera duas habē q̄litates · calorē et humorē · Constituit aut̄ aquā q̄q; in
duab; q̄litatib; inueniri · humoris · et frigoris · Erit g̃ et horū ppa q̄ inde ꝯ
ꝯtraria · aque quidē · frigus · aeris uō · calor · s; cōmunis his humor ·
Cū g̃ resoluta in uapores aqua aeri · q̄ ex aqua ɔuersū flux q̄rit̄ ac uen
dicat · tē opinor · frigus quidē ad calorē facit transitū · humor porro ·
cōmunis manet · neq; in aeris neq; in aque gremio · ēē tam̄ uspiā ne
cesse ē · Erit igitur in silua · Eodēq; modo ignis due s̄t qualitates · siccitas ·
& calor · aeris uº ut sup̄ cōphensū ÷ calor et humor · Ergo & iā et horū com
munis q̄litas in calore · Ignis tē ppria · siccitas · aeris · humor · Ignito g̃ aere ·
& aliquatenus ɔuerso in naturā ignis · humor qdē ad siccitatē fac̄ tran
sitū · Calor aut̄ cōmunis qualitas · neq; in igne neq; in aere residebit · nec
uº nusquā erit · Manebit igit̄ silua · Ex quo pspicuū ē q̄ in illa corpoꝝ
mutua pmutatione inuenitur silua antiq̄ssima & principalis subie
ctio · proinde ut cera mollis in q̄ inprimunt̄ singula · aut eoꝝ q̄ generant̄ ·
omnium receptaculū · Quib; ita decursis · seq̄t ut an corp; sit silua con
sideremus · neq; corp; · neq; corporeū qddā posse dici simpliciū puto · s;
tā corpus quā incorporeū possibilitate · q̄ppe q̄ ppe dr̄ corp; ex silua
ɔstat · et qualitate · silua enī nequaquā ex silua ɔstat et qualitate ·
Minime g̃ corpus ē · Deinde nullū corpus sine q̄litate · silua aut̄
pse sine qualitate · Non g̃ corpus ē · Quid · q̄ omē corpus figurā
habet silue · iuxta naturā suā · nulla figura ÷ · Non g̃ corpus ·

Hic exponitur pulcherrime et subtilissi · ne qd sit informis materia · qd beatissimus qq; augustinus summa breuitate explicuit dicens & iā de forma informem intelligi ·

Utrū materia corp̄ sit

De equiuoca corporis appellatione.

Deinde omne corpus finitum ac determinatum est. silua autem finita. et minime terminata. Non ergo corpus. Item omne corporis genus. sub cathegoricam redigitur appellationem; dimensionis, corporis essentiam ut potest quod diuisis temporibus contrarias sustineat passiones. et in quo altera ex duabus contrariis inueniatur necesse est. Item habet dimensionis quantitatem. cum est perfectum longitudinis. latitudinis. soliditatisque consortio. Nihilominus corpus quale. et qualitate preditum nuncupamus. Idem hoc ad aliud corpus comparantes. maius esse dicimus aut minus. et aequale. Quam comparationem greci uocant. ΠΡΟϹΤΙ. quippe maius sine comparatione minoris. et aequale sine comparatione alterius aequalis. intellegi non potest. ceteraque significatione de cathegoriis mutuamur. At enim silue detrahimus hec omnia. quando passionem quoque ipsam. que propria ei uidetur adimimus. ideo quod numquam ex propria conditione desciscat. sed aliis idem corporibus intra eam prouenientibus illa consors perpessionis putetur.

Deinde unde materia passionis.

Denique passio eiusmodi est. ut ipsa quidem nihil aliud mutatur. siquidem recipit ea que mutantur. pati aliquid falso putatur. Denique ut dictum est quod primitus ac facit. neque genus est. neque ulli subiacet generi. quapropter cum sit origo. nihil antiquius ea mente concipiendum est. Que cum ita sint. corpus sentitur. silua sensibilis non est. silua igitur non erit corpus. Eodemque modo silua simplex res est. et incomposita. corpus neque simplex. et compositum. minime ergo silua corporea.

operatur

N. Dum non est genus neque speciem.

Dico eandem hanc ne incorpoream quidem. quia quicquid incorporeum est nullis conditionibus corporis patitur. nec umquam fieri potest. At uero silua formata qualitatibus quantitatibus etiam figurisque et omni cultu conuenustata. corpus mundusque facta est effectu opificis atque operatione. Igitur ne incorporea quidem. Deinde. si corpus est. sensile est. At enim sensile non est. nec corpus quidem igitur erit. Si autem incorporeum quoddam erit silua. intellegibilis eius natura est. At intellegibilis non est.

nec incorporea quidem. recteque ea simpliciter et ex natura sua neque corpoream.
neque incorpoream cognominari. sed possibilitate corpus. et item possibilitate
non corpus. Iam cum omnia quae posita erant recensere perspicaci consideratione
decursa sint. iuxta platonici dogmatis auctoritatem super reditum fieri.
ad orationis ipsius explanationem. Ait ergo. Quam igitur eius vim quamque
esse naturam putandum? Vim nunc appellat oportunitatem silvae.
vultus intuendi. Etenim tam vultus quam qualitates varias. necnon
quantitates habet. non effectu sed possibilitate. ob inconstantiam eorum
mutuam ex alio in aliud conversionem. Naturam vero substantiam eius significat.
recteque etiam putandum. Non enim possumus certa aliqua comprehensi
one vel ex sensu cognita vel ex ratione intellecta de veritate eius praesumere.
quippe ut somnium quo magis contrectare cupimus. hoc impensius imago
confugit. Opinor inquit omnium quae gignuntur. receptaculum est
et quasi quandam nutriculam. Omnia quae gignuntur et ex aliquo tempore sunt ne
cesse est. Sunt ergo mortalia immortalium vereque existentium simulacra.
imagines autem accipiunt substantiam in silva proptereaque et ipsa illic
apparent. et silvae nobis intimant recordationem; quam quidem recep
taculum eorum appellat. quae non ex gremio silvae generatae species
florescunt. ut putant stoici. sed extrinsecus obveniunt ut in cera sig
nacula. nutriculam vero ideo quia alienos fetus velut propriis humeris vehat.
quippe nihil his praeberet amplius praeter subvectionem. Deinde progreditur.
Atque haec quidem de ea dicuntur. verum est quidem. et dicendum videtur aptius. Quia non
statim quae vere dicuntur. apte etiam manifesteque dicuntur. multae quippe orati
ones. verae quidem sed obscurae. Nascitur quippe obscuritas. vel dicentis
nonnumquam voluntate. vel audientis vitio. vel ex natura rei de qua tracta
tus est. Iuxta dicentem fit obscuritas cum vel studio. dataque opera dogma
suum velat auctor. ut fecerunt Aristoteles et Heraclitus. vel ex imbecillitate
sermonis.

Iuxta audientē u̅o · uel cū inaudita et insolita dicunt̄ · ł cuiꝰ qui
audit pigriore ingenio est ad intelligendum ; Iuxta rem porro-
cum talis erit · qualis est hec ipsa de qua sermo nunc nobis est · ut neq;
ullo sensu contingi · neq; intellectu conphendi queat ; ut pote (s. res) ca
rens forma · sine qualitate · sine fine ; sed neq; timaeus qui disserit ·
instabilis (fuit) orator · nec audientes tardi (fuerit) ; restat · ut res ipsa difficilis &
obscura sit ; nec silua quicquā difficilius ad explanandum ; Ergo
cuncta quae de natura eius dicta sunt · mera predita ueritate
sunt · nec tamen aperte · dilucideq; intimata · Denuq; prestat

De pfunda elementorū natura.

causam difficultatis cum ita dr̄ ; Est tamen arduū eo magis.
quod pconfundi mentis aciem necesse est & aestuare · tam de
igni quā de ceteris materiis ; qui (quomodo) magis aquā uere aquā dici
putariq; oporteat quā terrā · cum nulla sit certa & stabilis ppri
etas corporum ; que cuiusq; indicet naturalem pprietatem ?
Initium questionis arripit · ex reciproca de alio in aliud elemento

De aqua.

rum conuersione · Principio · ut de aqua · cuius modo inquit
fecimus mentionem · cum astringitur in glaciem · certe saxū ·
terreneq; soliditatis corpus minimeq; fusile apparet ; Acri
ter & nimium uigilanter apparet · quippe non in sua ppria
natura pseuerans aqua solidat̄ & fit terra · siquidē ē humi-
da · sed quod ea que subiacet · uidelicet silua · contrariam
naturam hoc est siccitatē suscipiens ; fit ex conuersione terra ;
mutato repente habitu mutataq; condicione · apparens qđ
non erat · Sed aquam in saxum solidari dicit · quia in gla
cialibus & gelidis locis · aqua diu constricta mutat̄ in saxū
quod cristallus uocat̄ · ab alpinis gentibus montanis racticorū ?

De aquis tripolitanę ciuitatis iasię

Est quoq; in asia ciuitas tripolis · aquis inmensum calentibus.

non est ignis censendus sed igneum quiddam . nec quae exalatis uaporibus in auras aqua uertitur . humor est nuncupanda . sed humidum quid . similiter cetera . Et exequitur .

At uero . id in quo fieri cuncta haec singillatim uidentur . et demum dissolui pereuntiaque ad alias transire formas . siluam scilicet . solum illud appellandum puto certo pronomine . recteque dico dici posse .

Merito . sola enim haec cuius nulla qualitas sit . hoc uel illud ; nullaque forma . nec in contrarias qualitates . nec in diuersas formas patitur conuersionem . et quia semper eadem manet . certo nomine appellari firme potest . Atque ut omne nubilum naturalis discuteret obscuritatis adhibito splendore illustris exempli . iubet concipere animo . et infingere cogitatione opificem ex uno eodemque auro innumeras sine intermissione formantem figuras . modo pyramidis . et extra mox octa hedri dictoque citius icosa hedri . et item cubi species . ceteras item triangulorum . quadratorum . hemicicli . circuli . Tunc si quis electa qualibet figura quaerat quid illud sit . aurum esse respondere oportere censet . nisi pyramidem idem esse responsum sit . illa in aliam figuram mox . et inter ipsa uerba responsionis migrante . qui sic responderit mentiatur . Eodem igitur modo nec ignem quae est pyramoides ignem esse respondebimus . sed ignitam tantum siluae partem . tigneam qualitatem . nec octahedrum . sed spirabilem siluam . nec icosa hedrum . nec cubum . sed humectam hanc terrenam . illam siluae soliditatem .

Nec uero putandum nec est agere platonem de nominum proprietate . qui in potius dare operam . ut assuescamus sinceram siluam quae concursu uariorum corporum tegitur . ab eorundem corporum permixtione . sollertia mentis distinguere . At enim .

De exemplo quo adiuuari potest mens ad intellegendam informem materiam .

Eadem & consimilis ratio . difficultasq; quecunctas recipit cor-
porum formas reperitur . hec quippe minime . recedit ex condici-
one propria . recipit enim cuncta . nec ullam de eisdem formam
Ergo formata quidem sunt corpora . silua sine forma ; trahit .
Cumq; intra gremium eius formentur inquit que recipiuntur .
consequenter supradictis que recipiuntur omnium quippe
iam corporum appellauerat receptaculum . ipsa informis manet .
estq; usus eius similis molli cedentiq; materiae . in qua inprimun
tur uaria signacula ; Perspicuum est aliquot et mollia cor
pora que cedentia . uariorum simulacrorum impressionis recepta .
diu conseruent inposita signacula . ut si ceram quis . uel plumbum .
uel argentum signet undiq; . erit tunc in siluae uicem cera infor
mis . & habebit innumeras formas non suas . sed aliunde adhibi-
tas sibi . Ratione igitur . & recte usu silue corporee que consig
nata est undiq; corporum formis natura mollis . cedentisq; mate
riae comparatur . sed de cera quidem . & iam in theeteto locutus est .
cum diuerse hominum memoriae tenacioris & labide causas exprime
ret . Ait et in hominum ingeniis uim quandam cere simillimam . que
facit & acutos ad intellegendum . & celeres ad discendum . & eosdem
subinde obliuiosos . item alios quidem ad discendum . uerum uigit
memores . quosdam ita ingeniatos . ut & cito discant . & diu memo
ria uigeant . nam quorum in animo cere illa similitudo . quam ho
merum dicit cognominasse . fluxior . solutiorq; erit . facile quidem
discunt . sed cito admittunt . obsoletis ob nimiam remissionem cere sig
naculis . Contra ingenii . mentisq; durior cera uix recipit for
mas que imprimuntur . sed si umquam receperit . diu conseruat
operose impressas figuras . utpote stabili materiae locatas . Tertia

Optima similitudo ad memorie humane illustrat.

diuina felicitatis concretio. cum ceteris similitudo. sic solidae sit. ut neque respuat formas nec renitatur aduersum impressionem signaculorum. nec ita fluxa recipiat sede. ut incertae nimiumque uisibiles impressiones sint. Nunc quoniam informem et sine qualitate siluam manifestauerat. immobilem quoque curat ostendere. asserens moueri eam. conformarique ab introeuntibus multimodis. cum ipsa ita informis sic motus quoque sit expers. sed a speciebus formam habentibus motam uarie diuerseque formari. Manet ergo haec in tali fortuna et condicione semper. archetypum quoque exemplum manet in substantia propria idea scilicet. cuiusque existens rei natae. similiter deus opifex perpetuum manet. Sed archetiporum exemplorum simulacra quae siluae obueniunt non permanent. namque assidue et sine intermissione mutantur. mortis nascendique perpetua successione. ob ex incussabilem naturae cuiusdam necessitatem. Quam ob rem. dicta est a platone silua posita esse ad recipienda rerum signacula. praeclare. posita. quia cum sit natura immobilis. ingredientium formantiumque eam specierum commeatu mouetur. et easdem inuicem mouet species. ut progrediens docebit. Recte itaque cum eadem sit semper et immutabilis uidetur. tamen inquit ob specierum multiformium coetum. dispariles induere formas. At uero quae obueniunt siluae species et intra dissoluuntur. ac pereunt. aeternarum atque immortalium specierum simulacra sunt. earum uidelicet. quas ideas uocamus. formantur ab hisdem miro quodam modo. iuxta memoratum uidelicet exempli consignationem. Miro autem modo propterea quod difficile atque inexplicabile est concipere mente. quatenus ex idearum sinceritate natiuis uero rebus similitudo perueniat.

